



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 43. Lansacus contra Papæ querelas se vindicare conatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

§. XLIII.

Lansacus contra Papæ querelas se vindicare conatus.

*Mem. dans
la lettre du
Lansac au
l'Isle du
25. Juin
pag. 248.*

Cum de Papæ querelis Lansacus per Insulanum certior fieret, ad eundem literas dedit, quibus se contra probra ipsi imposita purgare nitebatur. Data est ejus epistola die vigesimo quinto Junii his verbis concepta: „Sanctitas „sua queritur, quod omnes, qui hic „in ejus causa præsentés sunt, nil aliud, „quam Sanctitatem vestram molestare „quærant, hinc obstrictum me video, „ut eidem fidem faciam, quod ipse „ego tali viro, qui quidquam Dei, suæ „que Ecclesiæ honori, aut Sanctitatis „suæ, vel Sacræ Sedis dignitati, atque „obsequio adversum, prout pios Christianos, ac Regis Christianissimi Ministris decet, (*) a nobis dictum, factum, aut cogitatum asseruerit, obiectare auderet, illum esse impium, ac mendacem, in testes invocatis omnibus Legatis, cunctisque Viris probris in hoc Concilio congregatis: cum vero Sanctitas vestra dicat, quod nos Synodi auctoritatem super Pontificiam extollamus, ad hoc respondeo, quod hucus-

(*) Quis harum cogitationum testis fuerit, ignoratur.

„hucusque nihil tentaverimus, ex quo Sæcul. XVI.
 „Sanctitas sua colligere possit, quod A.C. 1562.
 „eandem sententiam exequi velimus;
 „unice enim intenti fuimus, ut omnia,
 „quæcunque ad sedandos tumultus in
 „Christiana Republica exortos conferre
 „possunt, & omnem eam sinceritatem,
 „ac libertatem, quæ Sanctitati vestræ in
 „nobis cognita est, adhibeamus, quin
 „hac in re pro excitandis de ejusmodi
 „superioritate altercationibus ullam
 „consilium a Parisiensi Sorbona mu-
 „tuare voluerimus: attamen ingenti
 „me stupore obrutum sentio, cum a
 „summo Pontifice non sine Regis mei,
 „meæque dignitatis dedecore dictum
 „intelligo, quod nos *Hugonottarum in-*
 „*star vivamus, ac nos geramus, nec Sanctissimo*
 „*Sacramento debitam reverentiam exhibea-*
 „*mus.* Hæc si veritati inniterentur,
 „satis foret, quod Sanctitas sua in
 „nos inquiri faceret, ac testimonia ad
 „Regem nostrum transmitteret, sicque
 „nos debitas pœnas daremus, cum id
 „sane præstaret, quam nos adeo libere
 „injuriis gravare: quamvis vero Sancti-
 „tas vestra affirmaverit, quod id nomi-
 „natim de me dictum nolit, profiteor
 „tamen, quod & socios meos ab hac
 „calumnia exemptos velim. Denique
 „Sanctitati vestræ relatum fuisse mihi
 „objicitur, quod mensæ accumbens

Sæcul. XVI
A.C. 1562.

„edixerim, tot Episcopos a Gallis, &
„Germania ad Synodum venturos, ut Ido-
„lum Roma sint profligaturi: ad hoc ac-
„cusationis caput respondeo, illum esse
„mendacem, qui me hæc dixisse, aut
„cogitasse, vel ejusmodi convitia in mea
„præsentia proferri, passum esse,
„asserere audet; ego enim nec adeo in-
„sensatus, nec tam perversus sum, ut
„talibus verbis os meum polluere vel-
„lem: nimis quoque ingenue, ac libe-
„raliter educatus fui. Ceterum cum
„Sanctitas sua ejusmodi calumniis ni-
„mium faciles præbeat aures, non at-
„tenta probitate mea, hinc haud am-
„plius me excusabo, spe fretus, quod
„veritas malitiæ, ac horum menda-
„ciorum nequitia prævalitura sit: inte-
„rim tamen nullum non movebo lapi-
„dem, ut a Rege meo abeundi copiam
„obtinere valeam, quamvis certus sim,
„quod Rex Christianissimus nullum me
„magis Christianum, aut magis pro-
„bum, qualis etiam per totam meam
„vitam ero, subrogare valeat.,

§. XLIV.

*Alia Lansaci epistola ad Papam, at-
que Insulanum.*

Mem. p. 237.

243. Lettr.

de Lansat a

l'Isle du

15. Juin.

Jam octava ejusdem Mensis die Lan-
facus suadente Mantuano Cardinale
datis ad Papam literis suam agendi
ratio-